



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

46 In causis Canonizationum servatur hodiè ordo iudiciarius, citato in
singulis actis Promotore fidei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

remoniale *lib. 1. sect. 6. cap. 2. fol. 32. vers. deinde Angel. Rocham De Canonizatione Sanctorum cap. 38. sub Rubr. Canonizationis Decreti forma, & Lezanam dicto Consult. 1. num. 72. & 73.*

Et quia ex superius dictis constat de genere Consistorialium esse Causas Beatificationis, & Canonizationis Seruorum Dei, non videtur alienum ab hoc titulo lectores admonere, quod prius Aduocatus Fisci Pontificij oppositoris partes implebat, respondendo de iure quoties requirebatur à Commissariis Apostolicis. Verum quia
46
mox Urbanus VIII. voluit in eiusmodi causis seruari ordinem

TERTIVM. 167

nem iudiciarium, & in singulis
actis citari Promotorem fidei
iuxtà formam Brevis ab ipso
concessi, talem prima vice suis
litteris datis 11. Ianuarii 1631.
Pontificatus Octavo, impres-
sisque in libello Decretorum
Congregationis Sacrorum Ri-
tuum pag. 34. cum tribus se-
quentibus, constituit Antonium
Cerrum sub hac forma. Te, qui
nostræ Consistorialis Aulae, &
Fisci, & Camerae Apostolicæ
Aduocatus existis &c. In Pro-
motorem fidei &c. Apostolica
authoritate tenore præsentium
deputamus &c. eoque defuncto
similibus litteris datis 10. Mar-
tii 1642. Petrum Franciscum
de Rubeis Genitorem meum;

L 4 ac

ac vt omnibus palam faceret
 suæ mentis fuisse, vt huiusmo-
 47 di * officium Promotoris fidei
 esset perpetuò addictum Col-
 legio Aduocatorum Consisto-
 rialium, iussit in instructione
 eisdem missa apponi verba su-
 perius relata; quòd Promotor fi-
 dei, cum semper esse debeat de
 Collegio Aduocatorum Consisto-
 rialium &c.



De